

Apostolicae hujus Sanctae Sedis
in Hispaniis Nuntium desti-
naueramus, istuc adveniens,
ipse atque singuli Apostolicae
Nunciaturae Tribunalis Mi-
nistri una insimul intermissum
ministerium iisdem prorsus,
quibus illud obire solebant, præ-
rogativis, honoribus, facul-
tatis, ac Iurisdictiona, ne
minimum quidem immutata,
jam exerceant. Denique, ut
quacumque in re tum ad Auc-
toritatem Apostolicae hujus
Sanctae Sedis, tum ad Juris-
dictionem Immunitatemque Ec-
clesiasticam spectante, siquid
novi fortasse interea inductum
esse contigerit, omni penitus
remota, abrogataque novita-
te, omnia, quæ antea lauda-
bilibiter servabantur, eadem
nonnullis dumtaxat exceptis in
eodem tractatu contentis, mox
referendis, sanctissime impos-
terum custodita; omnino reip-
sa adimpleantur. Ac primum
incredibili semper animi mæ-
rore deflentes, sacra Loca, in
quibus Deo dicatis Divinam
Majestatem venerabundos ado-
rare decet, fieri perfugia, &
Asyla eorum hominum, qui
omnium perditissimi, Divi-
num, humanumque Ius obli-
itorum vitam misere diripe-
re, & auferre audent; ea po-

tissi-

Hermano Sylvio, Arzobispo de Ni-
cèa, al que teniamos nombrado nues-
tro Ordinario, y Nuncio Apostolico
de esta Santa Sede en esos Reynos de
España, de llegado yà allà, así él,
como todos los demás Ministros, que
componen el Tribunal de la Nuncia-
tura Apostolica en esos Reynos, es-
tán yà exerciendo unos, y otros su
ministerio, que antes de aora pudo
padecer algun genero de intermission,
enteramente con las mismas prerroga-
tivas, honores, facultades, y jurisdic-
cion, que antes le solian exercer, sin
ninguna restriccion, ó menoscabo.
Ultimamente, que si acazo en este in-
tervalo de tiempo se huviesse introdu-
cido en cosa que, ó toque à la auto-
ridad de esta Santa Apostolica Sede, ó
bien pertenezca à la jurisdiccion, è
immunidad Eclesiastica, alguna nove-
dad en contrario, apartada, y abroga-
da esta, todo aquello, que antes de
aora loablemente se observaba (à ex-
cepcion de tan solas algunas cosas con-
tenidas en el dicho Concordato, que
luego dirémos) prosiga absolutamen-
te, y tenga à lo adelante la misma
puntual, y loable observancia de an-
tes. Y aora, pasando à lo contenido
en el referido Concordato, lo primero
es, que mediante siempre nos ha sido
de grande pena, dolor, y sentimien-
to, el ver, que los lugares sagrados,
en los cuales, como especialmente de-
dicados à Dios, debe su Divina Mages-
tad cada vez ser adorado con mas par-
ti,

